



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrivm SS. Polychronii, Episcopi Babylonis, Parmenij Presbyteri ac sociorum, quod consummârunt Anno Dominici Natalis 254. Sede vacante, Decij Imp: 2. Ex ijs quæ habe[n]tur apud V. P. L. Surium in ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

incenderent. At verò Christi martyres vna voce constanter professi sunt, se deinceps nunquam dæmonibus, sed Christo æterni Patris filio sacrificaturos, & corpora sua libenter ei hostiam oblaturos. Tunc confestim expoliati, grauiiter fustibus cæsi sunt; sed ea inter supplicia, martyribus Christi potentiam laudantibus, & vota numini eius magnificè nuncupantibus, idolum graui lapsu contritum est.

*Caduntur fustibus martyres.*

Ea re Promotus vehemèter exasperatus, sublatus in eculeo martyres, vngulis radi ac flâmis terreri iussit. Ibi tum rursus Christi virtus, quæ à martyribus assiduò celebrabatur, apparuit. Nâ & carnificum vnus, subita oppressus morte concidit, & reliquia dæmonibus arrepti, clamore valdè miserabili martyrum sanctitatem fateri cogebantur. Promotus verò in furorem conuersus, capitis sententia eos damnauit, corporaque ab vrbe milliario in fluctus maris præcipitari iussit. Eadem verò nocte, quidam egregius Christi seruus, Deodatus nomine, è maris litore ea abstulit, & eo quo par erat honore sepulturæ mandauit.

*plectantur capite.*

**MARTYRIVM SS. POLYCHRONII,** Episcopi Babylonis, Parmenij Presbyteri ac sociorum, quod consummârunt Anno Dominici Natalis 254. Sede vacante, Decij Imp: 2. Ex ijs qua habetur apud V. P. L. Surium in præambulis S. Laurentij.

*Vide 2. Tom. Annal. C. Baron.*

**D**ECIVS ingentem illam, Mercurij hominis Christiani ope, de Persis consequutam victoriam, scelerata planè mente dijs

*10. Aug.*

*Iuxta Mar-  
tyrologium  
verò Rom.  
17. Februar.*

*Polychronij  
constantia.*

*Matth:7.*

dijſ acceptam ferens, in Chriſtianos eorũ con-  
temptores atrociũs deſeuijt. Cum igitur celebri  
hac victoria elatus, eos curioſe curaffet inqui-  
ri, inter ceteros Polychronium Antiftitem, cum  
Parmenio, Elima & Chryſotelo preſbyteris,  
Diaconis Luca & Mucio, viriſque nobiliſſimis  
Maximo & Olympiade, comprehendit, ilicoq;  
ad ſacrificandum idolis impulit. At Polychro-  
nius caput & ductor aliorum, pro omnibus tale  
reſponſum dediffe fertur. Nos Domino noſtro  
Ieſu Chriſto noſipſos offerimus, dæmonibus  
verò & idolis manufactis nunquam noſ ſubmit-  
timus. Eo reſponſo ad furorem prouocatus,  
martyres quidem in cuſtodiam trudi, Saturno  
verò templum in vrbe Babylonia magnificum  
ſanè ædificari præcepit. Quo perfectò, victos  
Chriſti martyres denuò ſibi oblatos, ad immo-  
landum Saturno compellere aggreſſus eſt. Et  
quidem primò, ſic ore ſacrilego Polychronium  
antiftitem affatus eſt; Tunc eſ ille ſacrilegus Po-  
lychronius, qui & principum iuſſa obſeruare  
contemnis? Antiftes verò, intenta mentis cogi-  
tatione cum Deo agens, ne verbum quidem, ſe-  
mel iterumque rogatus reſpondit. Qua re com-  
motus Decius, En, inquit ad reliquos, Princeps  
veſter obmutuit. Reſpondit ei Parmenius; Ne-  
quaquam ita eſt; ſed prudèter admodum is præ-  
cepto Domini noſtri Ieſu Chriſti ſe gerit, ne os  
ſanctum, quod à Creatore purgatum eſt, verbis  
polluat ſuperfluis. Neque enim decet ſanctum  
dari canibus, & margaritas obijcere porcis, ne  
pedibus eas conculcèt, & conuerſi noſ elidant.  
Tunc Decius, Itanè, inquit, noſ canes ſumus? ſi-  
mulque iratus vehementer, Parmenij linguam  
præcidi

præcidi iussit. At verò Parmenius præcisa lingua exclamavit; Ora pro me beate Pater Polychronij; video enim os tuum signaculo S. Spiritus munitum esse. Porrò Decius admiratione defixus, Polychronium diuinis rebus spiritu vehementer intentum, & responsum dare recusantem lapidibus cõrundi iussit; qui sublatis in cælum oculis, dum sacrum eius os repetitis lapidum ictibus frangeretur, spiritum Deo tradidit. Cuius corpus eadem nocte, duò subreguli Abdon & Sennes, occultè Christiani, iuxta mœnia vr̄bis Babyloniæ sepeliêrunt. Decius verò Cordubam proficiscens, ceteros catenis vinctos secum abduxit.

*Parmenius  
præcisa lin-  
gua loquitur.*

*Polychro-  
nius excedit  
de viuis.*

Vt autem Cordubam ventum est, ilicò ad sacrificia euocati martyres, constanter negârunt se idolis & impuris sceleratisque hominibus honores oblaturus. Tunc Decius omnes in eculeo sublatis neruis distendi, ardētibus laminis ad latera eorum admotis torreri, ac vngulis atrocissimè lacerari præcepit. Postremò cum omnes in supplicijs inuictos, ac Parmeniũ præcipuè elinguem, cæteris animum luculētis sermonibus addere cerneret, de eculeo depositos capitis damnauit; Quorũ corpora præfati Subreguli noctu, suo in prædio iuxta Cordubam condiderunt.

*Parmenius  
& socij de-  
collantur.*

**PRAECLARVM CERTAMEN SS. AB-** *Vide 2. Tom:*  
*don & Sennes, nobilium persarum, quod Roma* *Annal. C. Ba-*  
*viriliter compleuere, Anno Salutis 254. Sede* *ronij-*  
*vacante, Decij Imperatoris 2. Ex ijs quæ extant*  
*apud R. P. Surium in præambulis S. Laurentij.*

Dd

CVM